ſponſionem ſtatim ex oratione Spe. Poſthumij videre licet.
21 Si tamen †aliquis ex congregatis diſcedat è Conſilio, vt putà, quia liberè loqui non poſſit, vt ſæpè contingit, habetur pro contradicente Iac. à Canibus Tract. de repræſal. par. 1. num. 25. & an tunc remanentes poſſint actum expedire Felyn. cap. cum omnes, col penul. de Conſtit. quæ quidem deciſio comprobata uidetur ex ijs, quæ in Conſilio Arginorum contra Philippũ Macedonem facto eueniſſe Dijmeis, & Megalopolitanis, dum tali conſilio nõ aſſentirent, refert Liu. lib. 2. Dec. 4. Dijmei, inquit, ac Megapolitani, & quidam Argiuorum, priuſquam Decretum fieret, conſurrexerunt, ac reliquerunt Concilium, neque mirante vllo, neque improbante, infra q. 35. verſ. ſed retenta, ubi habetur de conuocatione cõcilij aduerſus Papam, & de congregatis in conſilio ad hoc, vt ſinguli aſſentiant, vel diſſentiant, utrũ ſi taceant, videantur conſentire, quod ſic Fel. cap. cum omnes coll. 6. ad principium. de conſtit. & nota, quòd ſi in inſtrumento congregationis Vniuerſitatum dicatur, quòd Homines Vniuerſitatis ſic conſenſerunt, vel fecerũt non per hoc concluditur, quod tota vniuerſitas ſic fecerit, vel conſenſerit, vt perbellè Alexan. conſilio 114. numero duodecimò, volumine quarto. Alia multa ad hanc materiam facientia, vide per Crauettam conſil. 4. per totum, & quod vniuerſitas congregata etiam ſine mandato Prætoris, ſi tractat licita, non ſit puniẽda, dixit Battol. in l. monente, num. 3. Cod. de delat. lib. 10. *Drogh.*

Quod præceſſerit ad id conſilij publici conuocatio, & eius deliberatio] Adde communem eſſe, & plenè Oſaſcum deciſ. Pedemont. 138. ſub numero 27. qui numero ſequent. ponit, quæ nam ſint articulanda, & probanda ad hoc, ut teneatur; quæ illic uide. *Giach.*

k *Sed illi, qui deliquerunt tanquam ſinguli.*] Ad idem uide poſt relatos per Oſaſcum ea. deciſ. 138. ſub numero decimoquinto. *Giach.*

l *Suſpendi per eorum Hortulanum.*] Adde alium modum habendi carnificem, præter hic dicta per Clar. inf. quæſt. 99. verſ. ſed pone ad fin. *Drogh.*

m *Ciuitates ipſæ.*] Copiosè Farin. d. q. 24. num. 107. vſque ad 150. *Roſ.*

n *Si verò pœna æque cadit in ſingulos.*] Adde,
22 † quod quando uniuerſitas condemnatur in pœna pecuniaria pro delicto, talis pœna non debet ſolui per capita, ſed per æs, & libram, ſecundum magis communem opinionem, de qua per Felyn. in cap. grauem, extra de ſenten. excommun.

Item adde, quod quando Vniuerſitas condemnatur in executione, quæ fieret pro pœna imponenda Communitati, uel Vniuerſitati, illi, qui contradixerunt, & ſunt innocen-
23 tes, † non ſunt torquendi, nec ad ſoluendam collectam cogendi, ut per
24 † Anan. in capitulo dilecti, el ſecondo, de ſimon. & ibi poſt Abbat. dicit, quod Bononia fuit ſubmiſſa aratro, ſicut Carthago, licet ex gratia fuerit reædificata, & quod Brixia
25 † quandoque propter rebellionem fuit ad hoc condemnata, licet talis pœna ex gratia fuerit remiſſa.
26 Item adde, † quod Vniuerſitate punita pecuniariter, ſinguli delinquentes corporaliter etiam poterunt puniri, ſecundum Luc. de Penna, in l. tertia, columna penultima, & finali, Codice de exact. & exeq. libro 12. & per Deciſion. Pedemont. 138. numero decimoquinto, & per Gomeſ. de delict. capitulo primo, numero 53. *Baiard.*

tingentia eleganter conſuluit Corn. conſi. 224. li. 4. Sed ſi omnes de collegio, vel vniuerſitate, non præuia conſilij deliberatione, committerent aliquod delictũ, tunc nõ punitur ipſa vniuerſitas, ſiue collegiũ [k] ſed illi, qui deliquerunt tanquam ſinguli. Et ita ſeruauit quidam prætor Veronæ, qui proceſſit contra cõuentũ, & fratres ſancti Franciſci, ex eo quòd interfeciſsẽt quendam Cremonenſem, qui apud eos hoſpitatus fuerat, et fecit ipſos omnes, qui erant vltra num. 50. [l] ſuſpendi, per eorum hortulanum, qui erat minus grauatus, vt refert Marian. in repet. d. c. qualiter & quando, nu. 43. de accuſatio.

9 *Sed quomodo punitur vniuerſitas pro delictis, quæ ab ipſis de vniuerſitate, & totã vniuerſitatem repræſentantib. committuntur? Reſpond. Aliquando punitur in ademptione priuilegiorum, & iurium ſuorum; quandoque publicantur bona ipſius vniuerſitatis: et quandoque etiam ciuitates [m] ipſæ ſubijciuntur aratro, vt de his omnibus poteſt videre exempla apud Doctores in locis præallegatis Quandoque etiã punitur vniuerſitas, ciuiliter, ſcilicet in publicatione alicuius rei, uel in pœna pecuniaria, ſeu mulcta: et tunc ſciẽdum eſt, quod ſi talis pœna pecuniaria non æquè cadit in ſingulos de vniuerſitate, ſicut in ipſam vniuerſitatẽ, puta, quia publicatur res ex delicto, tunc ſi illa res eſt vniuerſitatis, ipſa vniuerſitas punitur: & in hoc conueniunt omnes, vt dicit Boer. de ſeditioſis ĩ 7. præſuppoſito, nu. 16. [n] Si verò pœna æquè cadit in ſingulos: tunc aut collegium eſt paruũ & non punitur totum collegium, ſed tantum delinquentes; aut eſt magnum, & punitur totum collegium, ſiue vniuerſitas, vt dicit Bar. in d. l. aut facto. § fi. poſt num. 7 ff. de pœnis. Et hæc eſt communis, opi. vt dicit Boer. in d. 7. præſuppoſito, poſt n. 26. Scias tamen, quod in omnem caſũ non euadent pœnam rectores, & gubernatores ciuitatum, qui conſilium, & mandatum dederunt. Et ita fuiſſe practicatum atteſtatur Ant. Gomeſ. cap. 1. delictorum n. 54. in fin. vbi dicit, quod quando aliquæ ciuitates illius regni fuerunt rebelles contra Carolum Imperatorem, licet communi conſilio deliquiſſent, tamen fuerunt etiã punitæ perſonæ particulares, & ſingulares, quæ verè, & realiter commiſerunt delictum, & ſimiliter ipſi rectores, & gubernatores culpabiles. Et ita etiam nemini ego obſeruatum fuiſſe contra ciuitatem Gandenſem, & eius rectores.*

QVÆSTIO XVII.

An pro omni crimine permiſſa ſit accuſatio.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Accuſatio an de quocunque crimine inſtitui poſſit.*
2 *Et an pro crimine priuato.*
3 *Et quid ſi pro huiuſmodi crimine priuato impoſita ſit pœna pecuniaria fiſco applicanda.*
4 *Et an in criminibus priuatis poſſit per inquiſitionem procedi.*

Ex Additionibus.

1 *Vſurarij per inquiſitionem in ſtatu eccleſiaſtico puniuntur.*
2 *Et quid in Regno Neap.*
3 *Inquiſitio ob priuatam vtilitatem quandoque in ciuilibus permittitur.*
4 *Nemine querelante fiſcales id præſtant.*

ADDITIONES, QVÆST. XVII.

Ad Quæſt. XVII.

a *Cuius intereſt.*] Conſidera, an intelligatur in ſpecie, vel in genere, quoniam verba magis ſunt accipienda in ſpecie, ut l. hoc legatum, ff. de lega. 3. *Giach.*

b *Num. 41. in fin.*] Adde Viuium libro 2. commun. opin. verbo crimen. *Roſ.*

c *Adde quod plerunque.*) Vide, quæ dixi ſupr. q. 3. verſ. ſed certe. *Roſ.*
Adde, quod plerũque.]
1 Adde † quod in ſtatu Eccleſiaſtico iudices contra Vſurarios per inquiſitionem procedere debent, & eos ad pœnam ordinariam punire per Conſtit. Marchiæ lib. 2. c. 2. & in Regno Neap.
2 ex officio, poteſt procedi contra vſurarios manifeſtos tantũ, vt in Prag. 4. Caroli V. incip. Vſurarum etiam voraginem, ſub rubr. de vſurarijs. in lib. pragmat. fol. 426.

Item adde, quòd in multis caſibus ciuilibus eſt permiſſa Inquiſitio ob priuatam vtilitatem principaliter, de quibus per Diaz. in reg. 537. *Ba.*

d *Quæ practica fundatur.*] Adde Maran. in ſua diſputatione 4. per totum infra quæſt. 37. in princ. At quæ ſit pœna extraordinaria, & quomodo intelligenda, vide eundem Marant. in ſuo Spec. par. 4. 10. diſtinct. nu. 4. infr. q. 68. & q. 83. in principio, q. 86. verſic. ſecundo infertur in fin. & non effugitur pœna ſaltem extraordinaria, interueniente delicto, ſit quomodo velit Menoc. tract. de arbrit. iud. caſ. 359. lib. 2. cent. 4. inf. q. 64. verſ. Illata reo. confe runt, quæ dixi ſupra ad §. furtum, verſic. excuſatut: Cur autem hoc ſit, & quando euenire poſſit, quod nemine querelante, vt hic Reus abſoluatur, vide Alexan. inter conſ. crim. diuerſ. conſil. 71. nu. 18. vol. 2. vbi dixit de furto in Ciuitate Bononiæ facto, & reperto Florentiæ, quod ibi puniri poſſit, ſubaudi, nemine querelante, vt hic, & fortaſſe alia poteſt eſſe ratio, de qua infra, q. 38. Tu ſcis, in fi. & q. 39. verſic. Quæro nunquid:
4 nemine tamen † querelante fiſcales aſſumere partes querelantis dixit ſuper. q. 3. verſ. ſed certe quicquid, poſt med. *Dro.*

e *Nam nemine querelante.*] Adde, quia ſequuta pace nemo ſolet accuſare, vt eſt inf. q. 58. verſic. 1. ibi, quod vbi pars offenſa non accuſat inf. q. 23. in princ. *Drogh.*

1 *QVæro, an pro omni crimine, licita ſit accuſatio. Reſpõdeo, Si Crimen eſt publicum, vnicuique licet pro eo accuſationem deferre: ſi verò eſt priuatum, regulariter non admittitur ad accuſandum, niſi ille, [a] cuius intereſt. Quæ verò ſint publica, vel priuata delicta, dixi ſupra hoc eodem lib. §. 1. circa princ. Et dixi regulariter: nam aliquando ratione publicæ vtilitatis lex permittit, vt etiam pro crimine priuato, quilibet accuſare poſſit, & poteſt poni exemplum in ſuſpecto tutore, qui poteſt accuſari à quolibet de populo, vt eſt textus, in §. Conſequens, Inſtit. de ſuſpect. tuto. Et tamen illud eſt crimen priuatum, ſecundum cõmunem opinionem, vt atteſtatur Salicet. in l. cum rationibus, circa fin. C. qui accuſ. non poſſunt.*

3 *Sed quid ſi pro aliquo delicto priuato, puta pro furto, imponeretur pœna pecuniaria, quæ veniret applicanda fiſco, nunquid eo caſu propter illã pœnam quilibet de populo admitteretur ad accuſandum? Reſp. Bart. in rub. ff. de popul. actio. nu. 5. tenuit, quod ſic. Et hanc eſſe communem opin. atteſtatur Aug. poſt Angel. de malef. in verbo, Et ad querelam, nu. 9. quem refert Pract. Conradi, fol. 226. poſt num. 9. verſic. declara 2. Contrariam autem ſententiam, ſcil. quòd imò etiam ſi pro crimine priuato imponatur pœna pecuniaria applicanda fiſco, non admittatur ad accuſandum, niſi ille, cui intereſt, tenuit Bald. in rub. C. qui accuſ. non poſſ. nu. 9. & 10. dicens, quòd contra Bart. tenuit communis opinio Doctorum maiorũ noſtrorum. Et illum refert Ana. in rub. de furt. nu. 20. & ſeqq. illam opin. Bart. eſſe communiter reprobatam, atteſtatur Rom. conſ. 152. nu. 2. Et opin. Baldi communiter hodie in practica ſeruari atteſtatur Blanc. in pract. crim. folio 69. nu. 41. [b] in fin. Ego verò dico quod vbicunque etiam pro crimine priuato imponitur pœna pecuniaria applicanda Fiſco, ſemper admittatur accuſatio per quemlibet de populo. Et hæc opin. eſt magis communis, vt oſtendit Ang. in loco præelleg. & ideò obſeruanda, niſi certa conſuetudo alicuius prouinciæ eſſet in contrarium, tanto magis quia fauet iuſtitiæ, ne delicta impunita remaneãt. Et de dicto Bal. non eſt curandum ex quo fuit etiam ſibi in hoc cõtrarius, vt dicit Aug. ad Aug. in loco præalleg. Adde, quod plerunque non modo ad querelam, ſiue accuſationem proceditur pro priuatis delictis, ſed etiam ex officio, & ſit per inquiſitionem, etiã quod non ſit impoſita pœna corporalis, nec certa pœna percuniaria: & talis delinquens punitur extra ordinem, vt ego vidi quandoque ſeruari in crimine vſurarum, [d] quæ practica fundatur ſuper illa concluſione, quæ habet, quod pro qualibet delicto etiam priuato poteſt ratione intereſſe reip. procedi ad pœnam axtraordinariam, quam dicit eſſe communem regulam Dec. conſil. 170. poſt nu. 1. Contrarium tamen vidi ſeruari in furto, nam nemine querelante vidi reos abſolui, rebus ſtantibus, & in ſpecie quendam Hier. de Lardis imputatum, quod furatus fuiſſe examen apum. 17. Nouemb. 1559. Idem etiam vidi ſeruari in adulterio, vt dixi ſupra hoc eod. lib. §. adulteriũ. verſ. eſt autem.*

QVÆSTIO XVIII.

Quomodo procedatur in iudicio accuſationis.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quomodo procedatur in iudicio accuſationis ſecundum diſpoſitionem iuris communis, & quomodo ſecundum conſuetudinem.*
2 *Accuſator an tenetur fideiubere de lite proſepuenda, & pro expenſis.*
3 *Et an tenetur iurare de calumnia.*
4 *Et an teneatur ſimul cum accuſato carceres ingredi.*

Ex Additionibus.

1 *Accuſatoris fideiuſſor de expenſis in caſu ſuccumbentia pro deſertione cauſæ non tenetur.*
2 *Accuſator de conſuetudine litem non conteſtatur, nec de calumnia iurat.*

ADDITIONES.
Ad Quæſt. XVIII.

a Tenetur etiam accuſator ſatiſdare.] Adde, quod ſi data fuerit per accuſatorem, vel querelantem cautio de expenſis in caſu ſuccumbẽtiæ, & demum non ſuccubuit in cauſa principali, ſed ſu per deſertione ipſius, qđ
1 † fideiuſſor an tenebitur, Bald. in conſ. 106. nu. 17. vol. 2. & Marãt. in pract. part. 6. membr. 9. nu. 17. *Baiard.*

b *Non animo calumniandi.*] Quid ſi querelatus vellet querelãtem de falſo, ſiue magis de calũnia querelare. Aduerte, quod in querela debet cõcludere ſic. Dico, quòd Titius ſcienter accuſauit me contra veritatem, & ita probare, quia obtinebit. Et vbi nõ poſſet probare ſcientiam, ſed tantũ calumniam in ſe, debet interrogare eum, an velit querelanti; & ſi reſpondet uelle, dicitur ſcienter produxiſſe illam querelã falſam, ut per Boſſ. tit. de accuſatio. poſt nu. 24. qui num. 26 declarat prædicta procedere, quando querela continet rẽ alienam; at ſecus ſi contineret factũ propriũ querelantis, puta, quod fuit inſultatus, & falſum demõſtraretur, ſatis eſt fundata intentio querelãtis de calumnia ex ipſa querela, vt per Fel. in cap præſentiũ, poſt nu. 11. de teſt. & atteſtatio. *Giach.*

Sed certè hoc.] Adde, quod de generali conſuetudine atteſtatur Vital. in ſuo tract. malef. in tit. quot modis ſuper malef.
2 † proced. num. 9. dicens, quòd licet de iure ſuper libello, ſeu accuſa lis conteſtari, & de calumnia iurari debeat, quod tamen non ſeruatur. *Baiard.*

QVÆST. XVIII.

1 *QVæro, quomodo procedatur in iudicio accuſationis? Reſpõdeo, de iure communi accuſator debet ſe coram iudice præſentare, & ei dicere, Domine ego volo accuſare Titium de tali crimine, vnde poſtulo, vt eum citetis. ita colligitur ex text. in l. nullus, C. de exhib. reis. Sed hæc de conſuetudine non ſeruatur, vt dicit Specul. in tit. de accuſatione, §. 1. num. 3.*

Debet autem iudex ei dicere: Ex quo vis illum accuſare, obliga te, quòd accuſabis, & quod inſcribes, & quod accuſationem proſequeris, & alia facias, quæ ſunt in accuſatione neceſſaria, & ſic tacebo eum. Sed hoc etiam vſus non tenent, vt dicit Spec. in d. §. 1. num. 5. nam (vt ipſe ait) iudices parati ad prædam, ad nutum citant, nec clamorem expectant; tanto magis cum de conſuetudine pariter ſublatæ ſint huiuſmodi inſcriptiones, vt dixi ſupra quæſtione duodecima, verſ. Ceterum hodie.

Hoc facto, reus citatur per edicta, vt dicitur in leg. abſentem, C. de accuſat. ſcilicet per tria edicta, cum interuallo triginta dierum pro quolibet, ſecundum communem opinion. vt dicit Salyc. in ea l. abſentem, nnmer. 5. Marian. de citat. in 27. articul. principalis, in 8. quæſt. numer. 58. & ſequen. quem refert Boſſ. in tit. de ſent. num. 10. Sed neque hæc edicta hodie ſunt in vſu, vt atteſtatur idem Salic. in d. l. abſentem numero 7. ſed fiunt citationes per nuncios, vt dixi infra quæſt. 31. Iſte etiam numerus dierum, & quantitas dilationum non ſeruatur ex generali conſuetudine, teſte Specul. in titul. de citat. §. viſo de temporũ interſtitijs, poſt numerũ primũ, quem refert Marian. in loco præallegato poſt numer. 59. Sed iudex in citatione habita conſideratione perſonæ, & locorũ, ponit terminum arbitro ſuo. Apud nos communiter in citationibns, ſiue inquiſitionibus, quæ reis tranſmittuntur, ſolet dici, quòd ſtatim habito præcepto compareant; ſed deinde, ſi petatur dilatio, ſolet concedi. Puto in his (vt ſæpius dixi) ſeruanda eſſe ſtatuta, & conſuetudines, loci in quo fit proceſſus.

Reo citato nõ comparente, annotantur eius bona, vt dixi infra quæſt. 44. in princ. Si verò velit comparare, dandus eſt ei terminus 30. dierum ad componendum mæſtos penates, vt habetur in d. l. nullus. C. de exhib. reis, Sed neque hoc de conſuetudine ſeruatur, vt quotidie videmus, ſed allegatur aliqua alia iuſta cauſa, propter quã reus impeditus ſit comparere: illud autem, quod dictum eſt de dicto numero dierum, de facto non ſeruari, atteſtatur Spec. in d. §. 1. nu. 15. in fin.

Poſteà accuſator offert libellum accuſationis, de cuius forma, & ſolemnitatibus requiſitis dictum eſt ſupra, in d. q. 12. Sed certè hodie non datur libellus accuſationis ſecundum conſuetudinem totius Italiæ, vt dicit Calep. inter conſilia criminalia diuerſorum conſil. 52. nu. 9. libr. 1. Sed datur ſimplex accuſatio, ſiue querela, vt dixi ſupra q. 10. verſic. Scias autem.

2 *Eodem etiam contextu tenetur accuſator præſtare fideiuſſionem de accuſatione vſque ad finem proſequenda, vt habetur in leg. 3. Cod. qui accuſ. non poſſ. Sed neque hoc de conſuetudine obſeruatur, vt dicit Vitalin. de malefi. in rubr. quid ſit accuſatio, numero 15. Marcus deciſ. 683. Quæritur generaliter nnmero quarto. Et ideò cum quidam prætor conſuetudinis ignarus, admitteret in cauſis criminalibus huiuſmodi exceptiones de iurando, & ſatiſdando de proſequenda querela, Senatus illum ſeuerè monuit nè illas admitteret, 2. Septembr. 1559. P. N.*

Tenetur etiam accuſator a ſatisdare de ſoluendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ. Sed hęc etiam ſatiſdatio receſſit ab aula, vt dicit Boſſ. in titulo de accuſat. numero quarto. Reperio tamen, quod Carauita ſuper ritu magnæ Curiæ 199. numero quarto, dicit, quòd parte accuſata petente tenetur accuſator præſtare hanc cautionẽ, & ſubdit, quòd ita ſeruatur. Sed in hoc, vt in ceteris Iudex debet ſeruare conſuetudinem Prouinciæ, in qua ius dicit. Et ita faciendo non errabit.

3 *Dicit etiam Bartol. in l. 1. numero 6. C. de iuram. calumn. quod hodie ſecundum communem vſum Italiæ accuſator tenetur iurare tempore, quo offert libellum, quod accuſatio eſt vera, & qnod b non animo calumniandi hoc facit. Et illum refert Auguſt. ad Angel. de malefic. in verbo, Et ad querelam, poſt numerum 4. & Mantna. in leg. tranſigere, poſt numer. 23. C. de tranſact. & Suar. in libro repetitionum, fol. 845. numero decimoſexto, vbi etiam dicit, quod ſtylus Hiſpaniæ in hoc concordat cum ſtylo Italiæ. Et ita de generali conſuetueine ſeruari atteſtatur Alber. in lege libellorum, in princip. numero 11. ff. de accuſation. Hanc etiam dicit eſſe communem practicam, & conſuetudinem, Curt. Sen. de iur. calumn. in princip. numero 2. Et quod iu cauſis criminalibus iurandum ſit de calumnia, atteſtatur eſſe comm. opin. Apoſtill. ad Ang. de malef. in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio: poſt numerum 68. verſic. 6. quæro. Sed c certè hoc apud nos hodie non ſeruatur in practica, prout etiam nunquam ſe vidiſſe illud obſeruari, niſi petente aduerſario, atteſtatur Foller. in pract. crim. canon. fol. 50. num. 51.*

4 *Quando deinde accuſatus comparet, & eſt pro eo crimine in carceribus ponendus, tenetur etiam ipſe accuſator carceres ingredi eodem tempore, vt ſi deinde non probet accuſationem, poſſit puniri pœna talionis, vt eſt textus in dicta lege nullus; C. de exhib. reis. Sed neque hoc de conſuetudine ſeruatur, vt dicit Bartolus in l. fin. C. de accuſ. Vitali. de malef. in loco præalleg. num. 14. Idem atteſtatur Felin. in cap. ſuper his, numer. 6. de accuſ. quem refert Practic. Conradi, fol. 224. poſt num. 4. Boer. ſuper conſuetud. Bituricen. folio 23. colum. 1. Boſ. in titu. de tortura excuſatoris, numer. 1. Marcus deciſ. 709. numer. 4. Et dicit Guido. de Suzar. in l. fin. C. de accuſat. quod ſæpe vidit peti, quod accuſator in carcerem detruderetur: tamen hoc nunquam de conſuetudine ſeruatum fuit: quem refert, & atteſtatur Alb. in ea. leg. fin. numer. 2. & rub. in l. penul. §. ad crimen, numer. 4. de public. iudic. Item etiam obſeruari de conſuetudine regni Franciæ atteſtatur Practic. Millei, fol. 15. numero 25. Et reuera, cum hodie ſublata ſit illa pęna talionis, vt dixi infra quæſtio. 81. ſuperfluum omninò eſſet accuſatorem ipſum, ea ex cauſa, in carceribus detinere.*

Et hæc eſt forma, ſecundum quam proceditur de iure communi in iudicio accuſationis, quæ tamen (vt uides) tota ferè abijt in deſuetndinem. Volui tamen illam non prætermittere, vt ſcias, quid ſeruandum ſit de iure communi, & quid de conſuetudine. Cetera verò ad examen rei, & alios actus iudicij pertinentia, præſertim quomodo cum reo contumace procedatur, infra ſuis locis explicabimus.

Abijt d *Alij in deſuetudinem.*] Hinc elice multa ab Authore recitata, vt doceat, quid iuris, non qnid conſuetudinis; & aduerte in propoſito, quia in toto hoc opere inuenies Clarum atteſtantem ſic, vel ſic de conſiietudine ſeruari, quicquid aliàs de iure verum ſit, & tamen de iure atteſtanti de conſuetudine, non videtur credendum vulgatis iuribus? Dic debere credi huic Doctori de coufuetudine atteſtanti, diù verſato in Curia, & Senatu Mediolanenſi, cũ ibidem fuerit Præſes, vt dixi infra quæſtione 78. verſiculo ſed quęro, in fin. & habet de hoc, quod fuerit Præſes in Senatu Mediolani, conteſtem celebrem Menoch. in epiſtola dedicatoria Illuſtri q. Polictonio Mediobarbę Senatori, ſuper tractat. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 3. ad medium dictæ Epiſtolæ, inf. q. 82. ſtat. 7. in princ. Item fuit Senator regẽs in Hiſpan. vt atteſtatur idem ipſe Clat. in Epiſtola Lectori dicata, incipiente, Exiſtimaui aliquãdo, in quo etiam regimine, ni fallor mortuus eſt; ſic quando doctori de conſuetudine dicenti, credendum ſit, declarat Durantes tract. de arte teſt. tit. 5. de ſubſtitut. caut. 35. nu. 3. uſque ad finem, Menoch. dict. tractatu de arbitr. iudic. libro ſecundo, centuria quarta, caſ. 360. numero 94. *Drog.*

QVÆSTIO XIX.

Quomodo procedatur in delictis per viam actionis, vel exceptionis.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quomodo procedatur in delictis per viam actionis.*
2 *Quomodo procedatur in delictis per viam exceptionis ciuiliter.*
3 *Et quomodo criminaliter.*
4 *Quomodo procedatur in delictis per viam confeſſionis.*

Ex Additionibus.

1 *Quando non oritur actio partis, non oritur fiſco ad publicam vindictam.*
2 *Actio parti quando non oriatur, remiſſiue.*
Sententia lata in ciuili quando præiudicet in criminali, nu. eod.
3 *Quomodo procedatur in crimine per exceptionem, remiſſiuè*
Confeſſio delicti violenter facta, an & quando ſufficiat ad pęnam ordinariam, num. eod.
4 *Confeſſio nullis iudicijs præcedẽtibus extorta ſemper reuocatur.*

ADDITIONES.
Ad Quæſt. XIX.

a *Priuſquam tamen ad vlteriora.*) Adde, ꝙ
1 † quando actio non oritur fiſco ad publicã uindictam, & tunc iudex non poteſt inqurere, non ſolum, § quanquã, ff. de iniur. quẽ text. ad hoc allegat Bart. in conſ. 100. nu. 2. & Marſ. in pract. crim. §. conſtante, nu. 34. & ibi
2 † ponit multa exempla, quando nõ oriatur actio parti, ſed uide, quæ poſui ſupra ad q. 1. in uerſic. ibi ex ſecunda. *Baiar.*

b *Qnando autẽ pars.*) Adde, quod quando actũ fuiſſe de crimine ciuiliter per uiam actionis ad uindictam publicam, & quãdo agitur actione populari de ſepulchro uiolato, uel alia ſimili, nam tunc ſententia lata in iudicio ciuili præiudicat in criminali, ſiue fuerit cõdemnatoria, ſiue abſolutoria, ita limitat Bero. in cap. qualiter, & quando, num. 88. de accuſ. *Baiar.*

c *Vnum tamen ſcias, ibi. Per exceptionem autem.*) Adde † uidendum Boſſ. in ti. quomodo procedatur per exceptionẽ, ubi latiſſimè hanc materiam tractauit: uide etiã Luc. de Pen in l. 1. nu. 13. C. de nom. actuar. lib. 12. ubi ponit limitationes, de quo habetur etiam per Ruin. in conſilio 82. uol. 4. & per Vrſil. ad deciſ. Afflict. 176. *Baiard.* 3

QVÆST. XIX.

1 *PRiuſquam a tamen ad vlteriora progrediamur, paucis dicendum eſt, quomodo in delictis procedatur per viam actionis, vel exceptionis. Tu ſcis, quod regulariter ex quocunque dilicto vltra accuſationem criminalem, quæ oritur reip. ad publicam vindictam, oritur etiam parti actio ciuilis ad intereſſe, vt dixi ſupra q. 2. circa princ. b Quando autem pars intentat pro crimine actionẽ ciuilem, ratione proprij intereſſe, neque veniat imponenda aliqua pœna corporalis, aut pecuniaria fiſco applicãda, hoc non pertinet ad præſentem materiam, quia illud dicitur iudicium merè ciuile, vt dixi ſupra, q. 1. & inf. lib. proximo. Neq; de eo aliquid hoc loco attingam, vbi de criminalibus cauſis tantũmodo tractatur, ne materias ipſas contra operis ipſius inſtitutũ confundamus. Illud enim iudiciũ in omnibus, & per omnia regulatur ſecundum formam iudicij ciuilis. Et quamuis actio ipſa oriatur ex crimine, nihil habet commune cum criminalibus.*

Vnum tamen ſcias, quod hic ẽt eſt vnus ex modis, per quos aperitur via iudici ad inquirendum: nam ſi iudex, coram quo agitur huiuſmodi cauſa ciuilis, habeat iuriſdictionem etiam in cauſis criminalibus, poterit, conſtito ei de crimine ex probationibus factis in ipſa cauſa ciuili, procedere contra delinquentem ad eum puniendum; & contra eũ ex officio inquirere, etiam nulla partis querela criminali præcedente. Et hoc vbi pro eo delicto poſſet alias per inquiſitionẽ procedi. Et ita de facto ſeruatur, vt dicit Iac. de Belu. in pract. cri. fol. 28. in rub. de cauſ. cri. n. 1. et 2. An autẽ probationes facta in hoc iudic. ciuili faciãt fidem in criminali, dixi inf. q. 54. verſ. itẽ ſi producãtur.